



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 58. Marcellini Cardinalis de Corio decessus & merita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. gressui plurima obstarent, an non
 A. C. 1742. publicam utilitatem summopere neces-
 sarium ac conveniens esset, ut liberum
 Religionis exercitium tam Catholicis
 quam Calvinistis indulgeretur, harumque
 Religionum sectatoribus intra Regnum
 Ecclesias proprias erigendi facultas con-
 cederetur, eo quod hac libertate neque
 fabricæ & commercia, quæ tamen
 tus anima essent, ni penitus perirent,
 tem ex sanguia fierent? Ad hanc que-
 stionem Civium Ordo sine omni terg-
 versatione, ac unanimi voto assen-
 sum suum præbuere. Rusticorum vero
 Ordo & Prædicantes pro more
 dociles, omnisque tolerantia impa-
 tes vario sub obtentu consentire cuncta-
 bantur: pari etiam obstinatione rustici
 præsertim Uplandiani, & Westmannæ-
 ses obstabant Regio edicto, vi cuius
 sancitum, ne in quibusdam SS. Apo-
 storum festivitibus deinceps concio ha-
 beretur: die enim vigesima secunda Je-
 nii per suos Deputatos inter alia peti-
 labant, ut deinceps festi SS. Aposto-
 rum dies, ut antea, feriarentur.

§. LVIII.

Marcellini Cardinalis de Corio decessit

Pro instituti nostri ratione subjungimus succinctam relationem de Pat-

puratis hoc anno defunctis eorumque
 gestis. Hos inter primus mortis victima
 cecidit Marcellinus Corio ex pervetusto
 æque ac patricio Mediolanensium ge-
 nere ortus, qui Parentibus Philippo &
 Laura Agroldia die sexta Septembris
 anno Christi sexcentesimo sexagesimo
 quarto post millesimum primam lucem
 aspexerat. In Patria sub optimis insti-
 tutoribus parem in pietate & humanio-
 ribus literis profectum fecit; jurispru-
 dentix demum addiscendæ intentus, in
 Mediolanensi Academia Doctorum ho-
 noribus ornari promeruit: adeo demum
 inter suos existimatione succrevit, ut ibi-
 dem nondum emenso vigesimo tertio
 ætatis anno Jurisconsultorum Collegio
 adscriberetur. Inde Romam delatus,
 pluribus sacerdotiis, & ipso etiam Con-
 sistorialis Advocati munere auctus est.
 Singulari integritate sua, atque erudi-
 tionis laude sibimet viam ad altiora a-
 peruit, ac primo Romanæ Curix Præ-
 sidibus, dein *Signatura*, ut vocant, *Ju-
 stitiæ* Assessoribus ac demum Rotæ Ro-
 manæ Judicibus annumeratus est: in
 hoc tribunali cum per octodecim om-
 nino annos unanimi laudum conspira-
 tione sedisset, tandem Decani spartam
 obtinuit. Paulopost a Clemente XII.
 sacre Pænitentiariæ Regens & Roma-
 næ Urbis Governator renuntiabatur,
 quod

Sæc. XVIII.

A. C. 1742.

Sæc. XVIII. quod insigne munus per quinque annos
 A. C. 1742. obibat, non sine multiplici fastidio, ut
 alibi meminimus. Demum Purpura-

*Vid. supra
 tom. 74. p.
 331.*

torum Collegio adscriptus, mortuo Cle-
 mente XII. sacris interfuit comitiis, in
 quibus in Papam eligebatur Benedictus
 XIV., a quo maximi habitus, abs du-
 bio ad meritorum mensuram amplissi-
 mis decoratus fuisset honoribus, ni mors
 meritis & præmiis metam potuisset;
 quippe assiduis laboribus gravique senio
 consumptus, ex hydrophi die vigesima
 Februarii anno ætatis septuagesimo o-
 ctavo minus semestri decessit. Vir erat
 tiara dignissimus, doctrina, prudentia
 & justitia longe spectatissimus, ac pro-
 bitate & incomparabili mentis candore
 celebratissimus.

§. LIX.

*Vincentii Ludovici Gotti Cardinalis
 obitus.*

Alter ex Purpuratis, quem hoc anno
 mortis invidia Ecclesiæ ac literario
 Orbi cum magno utriusque damno eri-
 puit, erat Vincentius Ludovicus Gotti.
 Natus erat is Bononiæ anno prioris se-
 culi sexagesimo quarto die septima Se-
 ptembris. Patrem habuit Jacobum ce-
 leberrimum Jurisprudentiæ Professo-
 rem, Matrem vero Claram Capardam. Pa-